STANISLAUS A KONIECPOLE KONIECPOLSKI CASTELLANUS
Cracovien, Exercituum Regni Poloniæ Supremus Gnalis. Buscensis. Barensis. Covelien. Ploskirovien. Capitaneus. Præfectus:

Significamus tenore præsentium quomodo Honestus Matthias Lipacz Molendinator noster de Molendino in Villa nostra Wasosze in Fluvio Bialla locato, existens
ad Castrum nostrum in Koniecpole pertinens reproduxit coram nobis Privilegia bina Antecessorum nostrorum hæredum in Koniecpole super hoc idem Molendinum illius
Antecessoribus data et concessa [illegible] primum Privilegium de data et actu in Castro Lelovien. Feria Sexta infra Octavas Pentecostes sub Anno Millesimo Quadrigentesimo
Nonagesimo Octavo a Magca D. Dorothea de Kalinowa olim Magfci Dni Nicolai de Koniecpole Capnei Præmyslien. Consorte relicta fundationis eiusdem Mo-
lendini laborioso Bernardo Molendinatori Villæ eiusdem dato. Tum aliud Privilegium Magnifi. D. Nicolai de eadem Koniecpole Iudicis Terrestris Siradien. de da-
ta in Gorzadow die Quarta Mensis Iulij sub Anno Millesimo Sexcentesimo Decimo Sexto Honesto Petro Pawlik Molendinatori eiusdem Molendini super præfatum Molendinum
possidendum concessum in qui Summa per præfatum Magcum D. Iudicem Terr: Siradien. Quadraginta marcarum Polonicalium in eodem Molendino inscripta continet-
ur; prout Privilegia eadem bina coram nobis in pargameno cum appensione Sigillorum producta latius in suo tenore præmissa omnia obloquuntur. Quibus itaque Privilegijs
coram nobis productis, in nulloque vitiatis revisis ad affectationem præfati Molendinatoris subditi nostri moderni que possessoris eiusdem Molendini, eadem Privilegia tam in toto
quam in parte approbamus, confirmamus, et ratificamus, eundemque circa possessionem eiusdem Molendini conservamus, de quo tamen Molendino præfatus Molendinator nec
eius Successores non prius condescendent donec Summa in Privilegio præfato assecurata vel etiam si aliquid in eodem Molendino ædificaverit, et reparaverit ex taxa Mo-
lendinatorum per unum Senum, fide dignorum sumpta respectu reparationis Molendini iuste legitima taxata proveniens restituta fuerit, Censibus datis, et laboribus
ex hoc idem Molendino iuxta antiquam consuetudinem et aliorum Molendinatorum morem ac In Inventario descriptis ad Castrum nostrum provenientibus salvis
manentibus. In quorum maiorem fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo consueto communiri mandavimus. Dat: in [illegible]
cis Novembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Tric[illegible]



Stanislaus a Koniecpole Koniecpolski Castellanus
Cracovien, Exercituum Regni Poloniæ Supremus Gnalis. Buscensis. Barensis Covaliensis Ploskiroviensq Pr̃fus:

Significamus tenore prntium quomodo Honestus Mathias Lipacz Molendinator nr̃ de Molendino in Villa nra Wasosse, in Fluvio Bialla locato, existens
ad Castrum nrum in Koniecpole pertinens reproduxit coram nobis Privilegia bina Antecessorum nrorum hæredum in Koniecpole super hoc idem Molendinum illius
Antecessoribus data et concessa, [illegible] primum Privilegium de data et actu in Castro Lelovien Feria Sexta infra Octavas Pentecostes sub Anno Millesimo Quadringentmo
Nonagesimo Octavo a Magca D. Dorothea de Kalinowa olim Magfci Dni Nicolai de Koniecpole Capnei Præmyslien Consorte relicta fundationis eiusdem Mo-
lendini laborioso Bernardo Molendinatori Villæ eiusdem dato. Tum aliud Privilegium Magnfi D. Nicolai de eadem Koniecpole Iudicis Terrestris Siradien de da-
ta in Gorzadowo die Quarta Mensis July sub Anno Millesimo Sexcentmo Decimo Sexto Honesto Petro Pawlik Molendinatori eiusd Molendini super præfatum Molendinum
possidendum concessum in quo Summa per præfatum Magcum D. Iudicem Terr: Siradien Quadraginta marcarum Polonicalium in eodem Molendino inscripta contine-
tur, prout Privilegia eadem bina coram nobis in pargameno cum appensione Sigillorum producta, latius in suo tenore præmissa oia obloquuntur. Quibus itaq Privilegys
coram nobis productis, in nulloq vitiatis revisis ad affectationem præfati Molendinatoris subditi nri moderniq possessoris eiusd Molendini, eadem Privilegia tam in toto
quam in parte approbamus confirm[illegible]s, et ratificamus, eundemq circa possonem eiusd Molendini conservamus, de quo tamen Molendino præfatus Molendinator nec
eius succores non prius condescendent donec Summa in Privilegio præfato assecurata vel etiam si aliquid in eodem Molendino edificaverit, et reparaverit ex taxa Mo-
lendinatorum per unum Senum, fide dignorum suma respectu reparationes Molendini iuste legitima taxata provenriens restituta fuerit, Censibus datys, et laboribus
ex hoc idem Molendino iuxta antiquam consuetudinem, et aliorum Molendinatorum morem ac In Inventario descriptis ad Arcem nram provenientibus salvis
manentibus. In quorum maiorem fidem pntes manu nra subcras Sigillo consueto communiri mandavimus. Dat: in Arce nra Koniecpolien die 23 Men-
sis Novembris Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo. Trigesimo. Quinto.

Stan: a Konie[illegible]





1635

In Actis Terribus Selonicasibus Re-
gio Prussiis die 23a Mensis Augusti
Anno Dni 1798 Presens Privilegium
per Oblatam correctum et Susceptum
Attestor Radwanski